Universitätsbibliothek Paderborn

Directorivm Sacerdotale & Clericorum Specvlvm Insigni Pietatis Ac Devotionis Supellectili exuberans

Kinckius, Matthias

Coloniæ, 1662

De purificatoriis,

urn:nbn:de:hbz:466:1-46628

Visual Library

DE PVRIFICATORIIS.

Ex pura & candida tela, ut non nimis craſſa, ita nec omninò tenui, conficiantur Purificatoria, quadrata, lata ſcilicet minimum uno palmo ex medio, longa verò duobus ut minimum, in cuius medio crux ſerica, vel ex ſimplici filo, acu pingatur: qua à reliquis panniculis, vel ſudariolis, facilè & primo aſpectu dignoſcantur.

Et quoniam hæc mundiſſima eſſe decet, ubi frequentior eſt celebrandi conſuetudo, vel inſtitutum, adeò ut plures ex uno Calice eodem die ſacrificent, ſingulis ſeptimanis, ubi verò ratior, ſingulis ſaltem menſibus mutentur; quod Eccleſia ut facilius fiat, in quavis magna debet eſſe Purificatoriorum copia & ad minimum viginti.